Nobilissime Domine,

Hoc ipso momento nauta mihi tuas tradit, & quamvis vix eas legendi tempus concedat, in mandatis se habere dicit non redire absq[ue] responso. Quid dicam! Plane elinguem reddis incredibili humanitate, quâ hominem hunc toties elegantissimis Musis exornas. Ego verò mihi plaudo, tanto viro mea non omnino displicere, cum parum authori ipsi placeant, ideoq[ue] de Latina editione nondum statui. Mitto cum aliis Epistolam Schurmanae, & de responso eam moneo. Non permittit accuratius aut fusius scribere nauta properans, & importune urgens. Vale illustris Domine, & me amore tuo porro dignare. Dordr. 10. Oct. 1639.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Virtutum tuarum cultor
Joh. Beverovicius.

Nisi molestum, aut importunum esset, optarem tua manu, hoc est, grata principi, exhiberi Celsit. Suae † Excellentes foeminas. Nam & Thesaur. Sanit. à D. Mylio accepit.

† cum his 14 diebus 500. exemplaria distracta sunt.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Beverwijck) 7
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2259

Mijn Heere,
Mijn Heere van Zuylichem, Ri-
der, Raet en Secretaris
van sijn Hoocheijt

in de Legher
van sijn gemeltte
Hoocheijt

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Beverwijck) 7
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2259